Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sedisset. ecce una ex illis aui
bus uolabat de arbore et
sonabat ale eius sicut
tyntinabuli contra nauim.
ubi uir dei sedebat. Qui
sedit in summitate prore
et cepit extendere alas suas
quasi signo letitie et pla
cido uultu aspicere sanctum pa
trem. Statim agnouit uir
dei quia deus recordatus deprecationis eius esset et ait ad a
uem. Si nuncius dei es? nar
ra mihi. unde sunt aues? aut
pro qua re illorum collectio hic
sit. Que statim ait Nos fu
imus de illa magna ru
ina antiqui hostis. sed non
peccando consensimus. Sed
ubi fuimus creati per lapsum
illius cum suis satellitibus con
tigit nostra ruina. Deus
autem noster iustus est et uerax. per
suum magnum iudicium
misit nos in istum locum.
Penam non sustinemus per pre

sentiam dei possumus uidere
lumen. tamen alienauit nos
a consortio illorum. qui
steterunt. Vagamur per
diuersas partes aeris et
firmamenti et terrarum sicut
alii spiritus qui mittuntur.
Sed in sanctis diebus accipi
mus corpora talia que
tu uides et commoramur
hic laudamusque creatorem
nostrum. Tu autem cum tuis fra
tribus habes annum in tuo
itinere adhuc restant sex
Ubi hodie celebrasti pa
sca ibi omni anno celebra
bis et posuisti in corde
tuo uidere terram repro
missionis sanctorum. Cum hec
dixisset leuauit se de pro
ra illa auis? et cepit uo
lare ad alias. Cum autem
uespertina hora appropin
quasset. ceperunt omnes que
in arbore erant quasi una
uoce cantare percucientes